



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma, Sive Avrea Armilla Bartholomæi Fvmi Placentini,  
ordinis Prædicatorum, ac hæreticæ prauitatis Inquisitoris**

**Fumo, Bartolomeo**

**Antverpiae, 1570**

Depositvm.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30427**

Primò, tali ordine, vt sit conueniens  
emendationi fratris. Secundò, non de  
necessitate sic per inscriptionem, sicut  
accusatio, quia denuntians non obli-  
gat se ad probandum. *suprà*, Accusatio.  
§. 2. & 3.

<sup>2</sup> Si prælatus mandat sub pœna ex-  
communicationis denuntiatione ali-  
cuius peccati, nõ seruata forma euan-  
gelica, non est obediendũ ei, nisi quan-  
do peccatũ est publicum, quãdo peri-  
culũ imminet sibi, vel proximo, quan-  
do non speratur emenda, quãdo pec-  
catũ est leue, non infamatorium, &  
hoc in publica denuntiatione, in se-  
creta autem vltra hoc, secundum Aug.  
tenetur siue præcesserit monitio, siue  
non, siue secuta fuerit correctio, siue  
non, quia, valet ad præcauendum re-  
ciduum, & non est in præiudiciũ fa-  
mæ, si talis est prælatus, qualis esse de-  
bet, quia quilibet tenetur obedire suo  
prælato in pertinentibus ad officium  
eius, quæ non sunt contra Deum: se-  
cundam Tho. in quoli. quod tamen  
fallit, quãdo per signa valde probabi-  
lia, & præsumptiones quasi violentas  
cederet, quod prælatus vellet ex hoc  
subditum infamare. sed hoc non, d.  
Tho. ita indistincte. Ideò nota, quod  
si il quod denuntiat ad præceptum  
prælati nõ possit denuntiare sine pec-  
cato, absque præcepto, cum præcepto  
non debet denuntiare, & hoc tene pro  
regula, quia prius obediendũ est Deo,  
quam homini. Item si est correctus, &  
non est periculum de reciduo, non  
debet denuntiare prælato, quia apud  
illum notaretur de peccati macula,  
quod est contra charitatem proximi,  
infrã, Inquisitio. §. 8. Excommunica-  
tio. §. 31.

<sup>3</sup> Qui iurauit denuntiare omne cri-  
men quod scit de aliquo, debet intelli-  
gi eo modo, quo licet, ideo quãdo de-  
nuntiatio est illicita, iuramentum nõ  
tenet. Facit c. ex parte tua, de cle. non  
te. & si intendebat iurare, etiã in casu  
non licito, peccauit infrã, Iuramentũ.  
§. 9. sicut qui iurat facere aliquod  
peccatum. Et si iurauit non denuncia-  
re, intelligitur in casu, in quo non te-

netur sub præcepto. *suprà*, Correctio.  
§. 7.

<sup>4</sup> Quicumque alterius crimen denun-  
tiat, non ex odio, sed zelo iustitiæ, mo-  
ueri debet, aliter peccat.

## DEPOSITVM.

<sup>1</sup> DEPOSITVM dicitur, quod ali-  
cui custodiendum traditur. li. 1.  
in principio. ff. de po. quod quidem in  
rebus mobilibus locum habet, secun-  
dum glo. in c. bona fides. eod. titu. nisi  
fortè vbi à pluribus res, quæ est in con-  
trouersia pro sequestro deponitur. c.  
examinata de iudi. nec in eo transfer-  
tur dominium, vt in li. licet. ff. depo.

<sup>2</sup> DEPOSITVM amittens sine cul-  
pa, non tenetur restituere, secundum  
Th. secunda secundæ. q. 63. a. 6. tene-  
tur tantum de dolo, & lata culpa, quæ  
est dolus præsumptus, si res deposita  
percat, vel deterior fiat, vt in d. c. bona  
fides vbi lata culpa pro latiori accipi-  
tur, quia cõmuniter fit gratia deponẽ-  
tis. Commodatum. §. 8. Quando verò  
depositarius accipit mercedem, tene-  
tur de leui culpa, & quando fit pactũ,  
quia pacto modificatur cõtractus, nisi  
sit contra naturam cõtractus. Quan-  
do depositarius exponit se, tenetur de  
leuissima, quia videtur factum gratia  
depositarij. Si tamen exclusit diligen-  
tiam, de casu fortuito non tenetur,  
nisi quando fuit in mora restituendi,  
vel in culpa, vel ex pacto sic conue-  
rant, secundum Pu. in d. c. bona fides.

<sup>3</sup> DEPOSITARIVS nõ debet esse  
minus diligens in deposito, quã in  
re propria. & si sit negligens in re sua,  
in deposito tamen debet esse diligens,  
aliter est in culpa.

<sup>4</sup> DEPOSITVM reuocari potest ad  
placitum deponentis. in d. c. bona fi-  
des. nec ecclesia tenetur deposito facta  
apud prælatum, vel alium officiale,  
nisi fiat per capitulum cõ solennitate,  
c. 1. de depo. nisi sit versus in vtilitate  
ecclesiæ, vt tibi, vide Sil. §. 2. ibi.

<sup>5</sup> Si depositum deterior fiat ex culpa  
depositarij, iuxta ea quæ dicta sunt, re-  
nebitur pro damno æstimato depõsi-  
tarij, & si totũ perijt, totum reddet.  
in d. lib. 1. §. si res deposita.

6 Si depositarius non valens res suas, & alienas seruare simul, saluat suas tantum, in conscientia non tenetur, iuxta dicta supra, Commodatum. §. 11. Si vero tenebatur æque seruare utrasque, & saluis suis vilioribus præciosiores alterius perire permisit, ad iudicium boni viri tenebitur. Parnor, in. d. c. bona fides.

7 Si mortuo depositario hæres distrahat depositum mortui dolose, tenebitur: si autem bona fide ignorans rem esse depositam, non tenebitur, nisi de eo quod ad eum peruenit, & eodem modo in commodato, lib. 1. §. vlti. ff. depo. sed si vendidit ex ignorantia, & precium non accepit, dabit actionem exigendi deponenti tantum. lib. 2. ff. eo tit.

8 Qui rebus suis maiorem curam quam communis usus hominum requirit adhibuit deposito vero non tantam, sed quantum naturæ usus requirit, secundum Bar. in li. quod Nerua. ff. depo. tenebitur, si tenebatur deposito tantam diligentiam exhibere sicut suis, præsumitur enim dolus, & non bona fides, idem tenet glo. ibi.

9 Si quid deponatur in taberna, vel naui, & perdat, pro eo non tenebitur tabernari, vel natura, nisi res fuerit ei consignata, per not. à Car. post Specu. in cle. ne in agro. de sta. monacho. & si consignetur in bursa, vel taliter, quod non videatur, non creditur deponenti aliqua petisse, nisi probet, secundum Matth. in eadem Cle. §. fanè. nec stabitur eius iuramento. de iureiur. cap. si. quia iuramentum non datur, nisi quando semiplena probatio præcedit, vt in c. si. quod met. cau. secus quando ad oculum rem ostendisset, vt pecuniam, & c. Idem dicas erga bedellum de libro relicto in scholis, & alijs.

10 DEPOSITARIUS re deposita viens sine licentia domini habita, vel credita dari si petisset, furtum committit. l. qui furtum. ff. condi. fut. & consequenter peccatum mortale est ex genere suo. Fallit in his, quæ potest, numero, & mensura deponitur, nisi pe-

unia daretur in sacculo signata, vel deponens diceret, nolo hoc frumentum, vel huiusmodi distrahere. ff. dep. l. si acculum. in hoc casu non debet distrahere.

11 DEPOSITARIUS non tenetur reddere depositum petente deponente in quatuor casibus. Primò, quando deponens effectus furiosus gladium depositum repetit etiam si iurasset ad eius petitionem semper reddere. c. ne quis 21. q. 2. Secundò, si post depositionem bona eius fuerint publicata, quia publico deposito dandum est li. bona fides. ff. depoli. Tertio, quando fur deposuit aliquid, & fur, & dominus rei simul concurrunt, & in repetitione præponitur dominus rei in d. l. bona fides. Quarto, quando fur deponit apud dominum cui subripuit, vel apud proprietarium rei. in d. l. bona fides.

12 DEPOSITVM, causa compensationis (de qua supra compensatio) retineri non potest, neque in totum, neque in partem, vt in d. ca. bona fides, quamuis in alijs admittatur, si debitum est liquidum, vt supra dictum est. Limita tamen de compensatione directa, quia in foro animæ compensatio directa, in hominibus admittitur, secundum Pan. in d. cap. bona fides. Vide infra, Furtum. §. 5. quomodo fiat compensatio.

13 DEPOSITUM non potest furtiue rem depositam accipere, secundum Thom. secunda secundæ. q. 66. a. quinto, quia grauat depositarium ad restituendum, vel ad ostendendum se immuem, ideo tenetur eum relenare. Neq; alius, qui rem suam habet apud depositarium depositam, hoc potest facere eadem ratione, nisi quando depositarius sciuit rem depositam iniuste possessam à deponente, vel quando vero domino cum usurpante simul repente denegasset, tunc quia depositarius rem iniuste detinet, ab eo furtiue auferri potest, eo modo quo alia iniuste detenta. ar. in l. ancillæ. C. de furtis. Cætera vide in verbo commodatum. An existimatio in deposito aliquid operetur. Vide supra, Commodatum. §. 6.

DERI.